Josephus Scaliger I. Drusio suo S. Diu est, quum Heynsius recepit se recte tibi curaturum historiam Thuani, quam ego illi tradidi. Neq dubito, quin eam acceperis. Aliud exemplar adiunxeram, quod mitteretur Ebboni. Si illi tuto perferendum curaueris, magnam a me inieris gratiam. In Sulpitium nihil equidem habeo, neq illi illustrando unquam animum adieci: quandoquidem meliora a nobis dare possemus, quam ille dedit posteritati. Dignus sane, qui uel eo nomine legatur, quod supra captum saeculi sui loquitur Latine. Fuit homo Nitiobrix ex Aquitania, popularis meus, quum Phoebadium Episcopum suum uocet. Episcopus autem is erat Aginni Nitiobrigum. Caroli Sigonij commentarium te in illum scriptorem uidisse, minime dubito. Si plura, et meliora habes, studiosis candidus imperti. Sulpitius Seuerus, non contra Seuerus Sulpitius ex ueteri usu ~~Lat~~ Latine loquendi dicendum fuerit: neq aliter loqui uelim. An tamen ita uocandus sit, quum eo saeculo magna mutatio ut rerum, ita sermonis Latini facta fuerit, in medio relinquo. Vale. Lugduni Batauorum XVI Kal. Februarij Iuliani. CIↃ. IↃ. CVII

Scaliger J. J.

Sulpitius Seve-
rus, non contra
Severus Sulpitius
vocari debet.
Et de Lingua
Latina;
Et de trans-
mutatione
nominum
saepe
facta.
Quod
idem
de Cor-
nelio
Nepote
vides
in Ejus
vita.

Ornatissimo et
eruditissimo uiro
I. Drusio Hebraicarum
literarum in Academia
Franekerensi
doctori
publico

Franekeram Frisiorum.

45

DSI

AUTOGRAPHE

de

Scaliger

Joseph Justus (Della Scala, Giuseppe Giusto)

OBSERVATIONS

L. a. s. 1/2 p. folio, Leiden 16. Tage des Februar nach julianischem Kalender 1607 mit Siegel und eigenhändiger Adresse an J. Drusius, den berühmten Philologen (1550-1616) a. d. Akademie zu Franeker. Hofft, daß Heinsius (ein Schüler Scaligers in Leiden, später das. Bibliothekar u. Sekretär, 1580-1655) ihm das zehnte gemäß der Geschichte des Thuanus übergeben habe und befürwortet sodann ein Thema über Sulpicius Severus u. den Bemerkungen, den er erhalten habe, sowie die Gründe, welche zu diesen Bemerkungen geführt haben.

(Aus Sammlung Fatio - Paris)

Geb. 5. 8. 1540 Agen
Gest. 21. 1. 1609 Leyden

Nach längeren Studien zu Bordeaux u. Paris, während denen er zum Protestantismus übertrat, wurde er 1593 Professor der schönen Wissenschaften a. d. Univ. zu Leyden. War auf dem Gebiete der Sprachwissenschaften, Philosophie, Medizin u. Mathematik berühmt. Schrieb viele Philologisches, über Astronomie u. Chronologie.